

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia h
cum fonte primo

Quid prodest dispergendo dare
pauperibus et pauperem fieri cum anima
misera superbior efficitur diuicias
contempnendo quam fuerat possidendo?

Augustinus in libro de uita clericorum.

alia quippe quaecumque iniquitas in
malis operibus exercetur ut fiant,
superbia uero etiam bonis operibus
insidiatur ut pereant; et
quid prode est dispergere dando
pauperibus et pauperem fieri, cum anima
misera superbior efficitur diuitias
contempnendo, quam fuerat possidendo?

Augustinus Hipponensis, *Regula tertia
uel praeceptum*, 1, 7 (L. Verheijen ed.,
p.420, ll.29-33).